Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

quaestionem : unde me aliquid plixe copiose que scribere uoluisti ·
ex occasione breuis epistolemae · quae ubi uisa · ē · diligentius
& uberius explicanda · Uisi ne ergo adtendere quae apud alios
interim conperi · Diuinarum scripturarum egregios auctores
quid de uisione disseruerint · Nec forte sufficiant desiderio tuo · ·
Quamuis ea forsitan noueris : paucae ergo ista adtende si placet . Cum
euangelium exponens · Beatus ambrosius mediolanensis eps · uenis
set ad eum locum ubi angelus apparuit in templo zachariae sacerdoti ·
ex hac occasione · Uide quanta & qualia de di & iam uisione disseruit ·
Non immerito inquit angelus uidetur in templo : quia ueri sacerdotis
iam nuntiabatur aduentus : & caeleste sacrificium parabatur ·
in quo angeli ministrarent · · Et bene apparuisse dicitur ei : qui
eum repente conspexit · Hoc specialiter autem de angelis · aut de do
scriptura diuina tenere consueuit : ut quod non potest uideri ·
apparere dicatur · Sic enim habet · Apparuit dñs abrahae ad ilice
mambre : Nam quia ante non prsentatur sed repentino uidetur
aspectu · apparere memorabatur · Non enim similiter sensibilia
uidentur : & hi cuius in uoluntate situm ē · uideri · & cuius natura
ē · non uideri uoluntatis uideri · Nam si non uult non uidetur :
si uult uidetur · Apparuit enim dñs abrahae qui auoluit : aliis qui a
noluit non apparuit · Uisus ē · & iam stephano cum lapidaretur
a populo aperire caelum : uisus ē · & iam ihs stans ad dextera dei ·
& non ē · uisus a populo · Uidit esaias dñm sabaoth : sed alius uidere
non potuit · qui a cui placuit apparuit · & quid de hominib: loquimur ·
Cum & iam de ipsis caelestib: uisibilib: & potestatib: legerimus · quia
dñm nemo uidit umquam · & addit · Quod utique caelestes ē ·
potestates : unigenitus filius qui ē · in sinu patris · Ipse narrauit ·
Ut adquiescatur igitur nec ē ē · ē · sicut patrem nemo uidit umquam
filium uisum ē · in uetere testamento : & desinant heretici ex uirgine
ei principium dare · quia ante quam nasceretur ex uirgine uidebatur ·